



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Sacramentum extra vsum, an sit consecratum Sacramentum. tit. 93

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

is est, Spiritus sancto: non dicit, Ego accepi à Christo  
sed à Domino Spiritus sancto accepi, quomodo Christus  
communicasset suos discipulos in memoriam  
passionis sue. & vult ut & nunc Christiani propter  
tandem memoriam communicarent anteā tamen  
probati & confessi. & eo tempore fuit liberum com-  
municare sub una vel duabus speciebus. Et hæc liber-  
tas durauit, donec errores sunt exorti: aliqui enim  
diuidebant Sacramentum, & in pane solum carnem  
sine sanguine, in vino sanguinem sine carne esse pu-  
tabant. Aliqui volebant, quod plus de gratia & salu-  
te esset in una specie, quam in alia, plus in hostia, quam  
in calice. Aliqui volebant sub necessitate salutis v-  
trunque speciem necessariam &cæt. propter has &  
multas alias rationes conclusit Ecclesia unan spe-  
ciem ad unitatem conseruandā, sicut & Apostoli ba-  
ptizabant ad tempus in nomine Christi, Actor. 2. pro-  
pter unitatem.

Tertio, summa manducatio seu communicatio Sa-  
cramenti, cuius ipsius CHRISTI etiam maximè in-  
tereſt, est illa quæ fit Spiritualiter in fide, ut credam  
corpus Christi pro me traditum, & sanguinem eius  
pro me fusum, & de illa dicit Christus Ioannis sexto.  
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberi-  
tis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. De  
altera autem corporali communione non legitur,  
qui me non sic manducat, est damnatus: vel, qui non  
sub duabus speciebus vel una manducat, &cæt. Ideo  
sola heretica libido rixandi est, quam Sathanas cri-  
bat lacerandam Catholicam unitatem.

SACRAMENTVM EXTRA  
vsum, an sit consecratum, Sacra-  
mentum.

TITVLVS XCIII.

R r      Primò,

Rimò, fides Catholica est, quod omnia  
creatura verbo Dei & oratione confe-  
crata, i. ad Tim. 4. sic retinet vim ver-  
bi Dei & sanctificationem, donec fu-  
erit consumpta. Nam verbum Dei manet  
æternū, Esa. 40. & Psal. 118. In æternum Domine per-  
manet verbum tuum. Si enim verbum hominis per-  
petuò durat in voto matrimonij, Roman. 7. Quan-  
do mortuus fuerit vir, soluta est mulier à lege: multo  
amplius verbum Dei factum super panem & viam  
consecrat in talia corpus & sanguinem Christi.  
Ilius potentia, & durat usque ad consumptionem. Si  
panes sanctificati erant in templo, quos non habebat  
laico comedere, 1. Reg. 21. Et Christus iubet fragmen-  
ta quinque panum, benedicta ab illo, Ioan. 6. nonne  
trot altare proieci, sed colligi fragmenta, quia sanctifi-  
cata. Error ergo ille pugnat maximè contra virtutem  
verbi DEI.

Secundò, duo sunt, consecratio Sacramenti, & uili-  
tas Sacramenti: consecratio præcedit, sed non pre-  
dest, nisi quando usus rei accesserit, sicut Baptismus  
consecratus verbo Dei, & ibi inuocatum est nomine  
Dei, sed tamen nulli nisi vtenti prodiderit. Qui enim con-  
diderit & baptizatus fuerit, Marci vltimo. Sacre-  
tum claves ligandi & soluendi, Ioan. 20. ex conse-  
potestate, sed nulli prosunt, nisi vtenti. Sic Eucha-  
ristia consecrata non prodest, est tamen ante uolum con-  
secrata verbo Dei, & verbum Christi, corpus ac  
sanguinem, non usus facit Sacramentum, sed Sacra-  
mentum verbo Dei consecratur: & Christus non dicit  
tam diu debet hic panis esse corpus meum, ad duas  
tres horas & cæt. sed simpliciter, hoc est corpus meum  
Math. 26. Hoc verbum manet efficax donec fu-  
erit consumptum.

Tertio, quoniam potissima ratio est, cur Christus  
reliquit corpus & sanguinem suum hic consecrari  
scilicet

TITVLVS LXXXVIII. 255

filicet, memoria passionis eius: ideo in Ecclesijs re-  
seruamus eucharistiā, non incarceramus: portamus  
publicē, ostendimus populo, quia nos credimus ibi  
verum esse Christi corpus & sanguinem, quo redemp-  
tū sumus. Illi qui hoc recusant, non recte sentiunt de  
sacramento &c.

At post consecrationem manere corpus vsq; ad cō-  
sumptionem extra usum, testatur Eusebius de Serapi-  
one scribens, & Hieronymus de Episcopo Tolosano  
Exuperio, Ambrosius de fratre suo, qui sacramentū  
ad collum suspēsum portabat. Miraculū quoque sā  
pius Iudei sa crāmentum martyrizārunt: sed hæreti-  
cus homo subuersus est, Tit. 3.

Quarto, Arguunt sectæ: si extra usum sacramentum  
maneret, tūc ius comederet, etiā sacramentū man-  
ducaret, &c. vel etiam aranea &c. Respondeo, Usus sa-  
cramenti nō facit sacramentū sed consecratio verbi  
Dei. Secundū, idoneus suscepit sacramenti exigitur  
id est, homo rationalis & Christianus. At cū talis nō  
sit mus, ideo non comedit sacramentū, licet speciem  
rodat: est talis masticatio sine fide, extra debitum u-  
sum. Vnde si mus caderet in baptismū, nunquid bap-  
tizatus esset? Pessimus igitur hic error est, verbum  
Dei sic confundere &c.

ACCIPERE SACRAMEN-  
TUM, & rem sacramenti, differunt.

TITVLVS XCIII.

**S**AUgustin, super Ioannē tractatu 26, super  
hæc verba, Ego sum panis viuus: Aliud,  
inquit, est sacramentum, & aliud virtus  
seu res sacramēti, Exempli gratia: Iude  
us non credēs in Christū, si baptizetur,  
aut corpus Christi accipit? Respōdeo, accipit, sed nō  
virtutē & fructū sacramēti, potest enim glutire sacra-  
mentum consecratum sicuti Christianus, & laua-

Rr 2 ri,